

Theophilo Sigfrido Bayero S. P. B. Christian. Golobachus.

Non solum nullum exemplar impressum libri tui de numis Ro-
 manis adhuc vidi sed nec credere possum ullum a Schustero Vindobo-
 nam esse missum, si scribit se misisse, scribat quare ad quem mi-
 serit et quo tempore; mitti autem debet cum inscriptione: *Sigfr.
 Bayez fclp duff der Landt Raths in Wien abzugeben*. Quinque
 festi dies in Prussia abrogati sint et qua de causa cupio scire.
 Litterae tuae ad Pasinum & Pasqualinum hodie cum his Vindobo-
 nam tendunt quo recursus est Pasqualinus. scripsit is mihi nu-
 per Faciolatum uno volumine Eucrisse orationis decem de opti-
 mis studiis, commentariolum de lingua latina et exercitatio-
 nes alias neque amplius praesepit studiis in seminario, sed fa-
 ctum esse Lectorem Philosophiae in Universitate Patavinae
 Apostolum Zenum qui ex Italia Vindobonam rediit XVIII. M^o
 Graeca fore omnia Casiani, donasse quoque munus valde gratum
 fuisse Augusto. Gentilium adhuc Vindobonae agere, sed
 Romam futurum Cal. Oct. circiter. Vale & breuitati littera-
 rum ignosce; impofterum longiores mittam.

XVIII. Cal. Jul. 1723. Gremnitio.

14
A Monsieur
Monsieur Bayet

à
Cönigsberg
en Prusse.